



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

14. An in Iubilæo posset Confessarius commutare vota peregrinationis  
Hierusalem, ad limina Apostolorum, & D. Iacobun Compostellanum, si non  
exprimantur? Et notatur discrimin inter votum castitatis ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

*Quia cap. 40. de Elecl. in 6. cap. Ordinarij 3. c. Quam-  
us 8. cap. fin. de Offic. Ordin. in 6. sub eo nomine igi-  
tur Ecclesiasticum Prælati, veniunt tantum Abbates, Prepoliti, & alij Prælati secularis nullius habentes  
propria territoria, & subditos etiam Laicos. Nomina  
et verbo: Quibulumque Ordinarii locorum in ea-  
dem Bulla Iubilæi, veniunt tantum Ordinarii Eccle-  
siastici secularium: nam illud verbum *Locorum*, re-  
stringit nomen Ordinarii, tantum ad secularium, cum  
exceptione Regularium, ut docent plures cum Glo-  
ris verbis. *Ordinario. extra. Vn. de præbend. Ioan. XXII.*  
quos pro se citat Floron. capite 5. de Cœf. referuntur,  
§ 4. In contrarium. Ad secundam, ex eo quod  
Bulla Iubilæi transmittitur à Procuratore Ordinis,  
non inferatur. Superiorum acquirere ius illud publi-  
candi, quia id in Bulla non exprimitur. Ad tertium,  
propter hoc, quod Regulares accipiunt Iubileum ab  
Ordinario publicatum, non dicuntur subiici Episcopo-  
po, à quo sunt exempti, sed tantum dicuntur lucrari  
Iubileum ab eo publicatum; subiectio enim dicit coa-  
ctionem & quid odiosum; Regulares autem recipien-  
tes Iubileum ab Episcopo publicatum non dicuntur  
odiosi, neque facere aliquid sibi odiosum, id est lucranti  
ur illud sine lesione sua exemptionis. Præterquam  
quod dici potest, Papam Religiosos volentes acqui-  
re Iubileum subiiciere Ordinario, cum Summus  
Pontifex Prælati tantum secularibus præcipit pu-  
blicacionem Iubilæi; unde in fine Bullæ derogatur  
Apostolicis Constitutionibus, & priuilegiis Regu-  
larium, in quantum posunt obstat tenori Bullæ Iu-  
bili.*

3. Vnde ex his omnibus, præter Doctores citatos,  
hinc sententiam tenet etiam doctus, & amicissimus  
Peter Gregorius Gobat, *de Iubilæo duplice. c. 21. n. 67.*  
vbi sic ait: Rursus quare, an Prælati Regulares pos-  
sunt suis subditis promulgare Iubileum? Respondeo  
id quidem cœlesti Sa., numero 12, vnde consequen-  
ter dicer, posse à Prælato Regulari duabus, postquam  
authenticam habuit Iubilæi notitiam, hebdomadis  
cum indici, eto Episcopus serius, aut ciuitatis indicas.  
Ego tamen huic doctrina, si quidem extundat etiam  
ad illos Prælatos Regulares, qui non habent propriam  
Diœcesim, seu Iurisdictionem quasi Episcopalem in  
subditis secularibus, ab Episcopi Iurisdictione exem-  
pos, non subscripto: idcirco quod Bulla tertia lata,  
aliisque palliis publicandi potestatem ab solutè fa-  
ciant, non quibusvis Prælati, sed Ecclesiastiarum Præ-  
lati, quo nomine non solent venire Prælati Regulari-  
tates in communione. Vnde etiam habet Praxis, ut Epis-  
copi Prælati Ordinum etiam Exemptorum mittant  
copiam, vel breuiarium Bullæ Iubilæi. Quid si Epis-  
copus non fungetur hac in re suo Officio, potiore  
rite licet Prælato Regulari, præsertim exempto,  
quod paulo ante licitum esse dixi Parochio. Ita ille,  
& ego.

## RESOL. XIII.

An quando in Iubilæo conceditur facultas absoluendi ab  
omnibus casibus, & censuris reservatis Papa, possit con-  
fessari a casibus Bullæ Cœna absoluere?  
Et si quis possit absoluere a casibus Bullæ Cœna, an suffi-  
ciet, ut in Iubilæo dicatur, quod conceditur facultas  
absoluendi a casibus Bullæ Cœna, sine expressa de-  
rogatione ipsius Bullæ? Ex parte 5. tractatu 12.  
Ref. 34.

§ 1. Negatiuè respondent communiter. Ita Lau-  
rius de Iubil. p. 2. c. 28. n. 24. Leo de Iubilæo,  
p. 3. n. 40. & 41. Suarez de cens. disp. 7. sect. 5. num. 11. &  
disp. 11. sect. 3. num. 3. Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. c. 12.  
Tunc. I V.

num. 13. Alterius de cens. tom. 1. lib. 4. disp. 4. c. 2. Bossius  
ubi infra. n. 3. & alij penes ipflos. Nam in generali con-  
cessione non veniunt ea, quia quis non effet verisimili-  
ter in specie concessurus, c. in generale, de reg. iur. in 6. &c.  
casus contenti in Bulla Cœna habent specialem qua-  
dam gravitatem, propter quam non est verisimile Pon-  
tificem velle illos concedere, nisi exprimat.

2. Non defnam tamen hinc adnotare quod nouissime  
Angelus Bossius de Iubil. sect. 1. cas. 7. n. 2. docet non  
esse improbabilem affirmatiuam sententiam, quia,  
aut ille, facultas illa generalis absoluendi à quibuslibet  
casibus Papæ reseruatis, quantum est ex le, videtur  
se extendere etiam ad casus contentos in Bulla Cœ-  
na, etiam si non sint expressi, dictio enim illa vniuersalitatis  
ab omnibus, nullum excludit, sed omnes compre-  
hendit, præsertim in hac materia ita favorabiliter res-  
piciente bonum vniuersale animatum, & lætitiam  
omnium Christi fidelium, in qua materia sic favo-  
rabiliter priuilegium est latissime interpretandum; id  
quod etiam potest suaderi ex fine concessionis, qui  
est adeptio plenaria Indulgentiæ, quam non possent  
omnes Christi fideles confequi, si ad prædictos ca-  
sus non se extenderet illa facultas generalis absoluendi  
à reseruatis Papæ; clausula autem illa reseruatio-  
nis absolutionis à dictis casibus Bullæ Cœna deroga-  
gens omnibus priuilegiis, & indultis concessis, &  
concedendis, non videtur loqui de Indulitis vniuersali-  
bus, nempe omnium fidelium, cuiusmodi est Iu-  
bileum omnibus Christi fidelibus concessum, sed de  
priuilegiis & indultis resipientibus vel singulare per-  
sonas, vel particulare vniuersitates, vt sunt Ordines  
Regularium, Monasteria, Confraternitates, &c. Ita  
Bossius. Sed penes me negatiua sententia est certa, quia  
cum Summus Pontifex in Iubilæis Generalibus vult  
concedere casus Bullæ Cœna, illos in particulari ex-  
plicavit, vt pater, ergo dum in aliquibus Iubilæis de illis  
mentione non facit, evidenter apparer quid talis  
facultatem nolit concedere, pendet enim hoc ex sua  
voluntate.

3. Notandum est tamen hinc obiter contra Duard. *Quamvis  
in Bulla Cœna, l. 3. §. 1. n. 13. 35. & 36. Sigismun-  
dus à Bononia in tract. de electione dub. 69. num. 12.* vt tamen in to-  
quis possit absoluere à casibus Bullæ Cœna, sufficit ut  
in Iubilæo dicatur, quod conceditur facultas absoluendi  
etiam à casibus Bullæ Cœna, sine expressa deroga-  
tione ipsius Bullæ, vel specialis mentio dictorum ca-  
suum in individuo. Ita ex Soto, Graffio, Suarez, & Al-  
terio docet Bossius ubi sup. n. 9. quia per illa verba fatis  
explicatur intentio Pontificis, & specialiter dicti casus  
conceduntur, ergo.

## RESOL. XIV.

*An in Iubilæo possit Confessarius commutare vota peregrina-  
tionis Ierusalem, ad limina Apostolorum, & D. Iaco-  
bii Compostellani, si non exprimantur?*

*Et notatur discri-  
men inter votum Confessarii perpetua, vel  
Religionis, & reliqua Pontifici reseruata, quia illa  
duo priora relaxandi potestas non censetur concessa ge-  
nerali concessione, nisi exprimantur, hac autem relax-  
andi potestas satis in generali censetur expressa.  
Ex part. 5. tr. 12. Ref. 59. alias 58.*

§ 1. Videntur prima facie negatiuè respondendum  
ex Suarez de Relig. tom. 2. l. 6. de vot. c. 15. n. 4.  
Sanchez in summa, tom. 1. lib. 4. c. 40. num. 16. Fillius  
tom. 2. tract. 26. c. 9. n. 274. Layman. l. 4. tr. 4. c. 8. n. 7. &  
Lauorius de Iubil. p. 2. c. 27. n. 6. vbi docent in generali  
concessione dispensandi in votis non contineri supra-  
dicta vota, quia quae speciatim sunt reseruata, ea spe-  
cialiter & expressam concessione postulant, vt  
N 2 habetur

habet cap. si Episcopus, de pan. & remiss. in 6. & in Extrang. & si dominici 1. & 2. ibi, ex speciali licentia, & certa scientia nostra, de pan. & remiss.

2. Verum probabilitate alij afferunt, dicta vota comprehendunt in illa generali concessione, nisi expressè excipiatur. Ita Sotus de Iust. lib. 7. quest. 4. art. 3. Sanchez de matr. lib. 8. disp. 9. num. 1. & ex neotericis Ioan. Malderus, in 2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 10. vbi sic ait. Nota tertio discrimen inter votum castitatis perpetuae, vel Religionis, & reliqua Pontifici referuata, quod illa duo priora relaxandi potestas non censeatur concessa generali concessione, nisi exprimatur; haec autem relaxandi potestas sat in generali censemur expressa. Ita ille. Et ratio est, quia horum votorum referuatio non est ita antiqua, sicut referuatio votorum castitatis & Religionis, neque est tanti momenti: ergo non est accipienda tam præcise, & cum tanto rigore, & ideo dicendum comprehendendi in generali concessione commutandi omnia vota.

3. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Prima opinio est probabilior, secunda vero non caret sua probabilitate, & certa esset. primò etiam quod ad vota castitatis & Religionis, si Papa concederet absolute generali facultatem commutandi vota referuata, vel in votis referuatis dispensandi, quia satis exprimuntur explicata referuatio. Ita Suarez ubi *supra* num. 5. & Sanchez num. 17. Secundò certa etiam esset si Papa in facultate dispensandi in omnibus votis excepteret votum castitatis & Religionis ut stylus est faciendo in omnibus Iubilaeis: nam in tali casu vota illa tria peregrinationis intelligentia concessa, quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Ita Doctores ciatati.

#### RESOL. XV.

*An vigore Iubilai, Bullæ Cruciate, aut cuiusvis alterius priuilegij sit dispensabile votum Religionis strictioris in Religionem minus strictam; Ex p. 10. tr. 14. & Misc. 4. Ref. 29. alias 27.*

Sup. hoc sup. §. 1. **N**egatiuam sententiam docet Suarez, contra quam inuehitur Texeda in *Theolog. Moral.* 96. & reci- tom. 2. lib. 3. §. 4. contr. 10. num. 103. vbi sic afferit. Si tanter in roges, an Confessarius, qui vigore Iubilai, aut Bullæ, aut cuiusvis alterius priuilegij potest dispensare in omnibus Votis, & illa commutare, possit etiam dispensare, vel commutare Votum Religionis strictioris in Religionem minus strictam causis contingentibus urgentissimis? Circum quam difficultatem fui consultus, quamvis Alij multi contrariam partem sequuntur, sicut esto Votum Religionis, & ob id referuatum, quod non venit sub generali illa concessione, tamen resoluti posse Confessarium Votum illud commutare, quod etiam modo affirmo, quia tunc existente causa non commutat, nec dispensat in Voto Religionis, sed dumtaxat in aliquo accidenti eius: & ideo si penitens fecit Votum ingrediendi Religionem Discecalatorum, & haber infirmitatem, cum qua modus ille viuendi non compatitur, immo est maximè nocivus ad salutem, potest cum tali dispensare Confessor vigore talis priuilegij, vt aliad Religionem ingrediatur suauiter, infirmitaque eius magis consonam; quia constitutum est Religionis, quod consistit necessariò in tribus Votis essentialibus, idem est in omnibus. Ita ille, & ego.

#### RESOL. XVI.

*An Confessarius vi Iubilai possit dispensare vel commuta-*

*re votum Religionis, vel perpetua Castitatis, quando non est tota materia voti?*

*Idem dicendum est de Episcopo.*

*Et postquam votum Religionis, vel Castitatis perpetua fuit à Summo Pontifice commutatum in materiali non reservatam, v. g. in eleemosynas, in Confessione mensuas, &c. an possit Confessarius vi Iubilai, & Episcopus hanc materiali commutationis non reservatam commutare in aliad materiali?*

*Idem dicendum est de quoque alio habente priuilegium ad dispensandum in votis. Ex p. 5. tr. 12. Ref. 61. alias 60.*

§. 1. **V**T e. g. quis vobis Religionem, aut eleemosynam mille aureorum, queritur an possit Confessarius hoc votum alternativum, cuius pars aliqua non est reservata, commutare; & difficulitas maxima est, quando sic vocens postea apud se statutum ulla erogare eleemosynam, sed ingredi Religionem, & in hoc casu tunc esse votum Papæ referuatum, nec posse relaxari, aut commutari ab Episcopo, vel à Confessario vigore Iubilai, tradunt Doctores, quos ego citavi in p. 11. tr. 11. Ref. 65, quibus nunc addo Layman. 1. 4. tr. 4. c. 8. n. 12.

2. Non desinam tamen hic adnotare Angelum Bol. sium, virum quidem doctum, in suo tractatu de triple Iubilao, contrariam sententiam, tanquam probabilem docere, sic enim ait scđt. 2. cap. 11. num. 7. Non videtur carere probabilitate, quod etiam post dictum propositum, seu efficacem electionem dummodo non promissio materiae referuata non fuerit facta Deo mul. vel post electionem, possit adhuc vocens mutato eo proposito prioris electionis absque peccato & violatione voti eligere alteram patrem non referuam, & consequenter semper, ante, & post electionem materiae referuata absque noua promissione ciudem materiae referuata posse Confessarium electum vi Iubilai, & Episcopum tale votum alternativum commutare, & huius rei ratio est, tum quia etiam homini facta declaratio ciufmodi propositi electi, seu statuta electionis, modò non fiat per modum promissi, & facti ex natura rei, & ex iure naturæ, non videtur eam obligationem patere, vt re adhuc integræ debitor à tali electione non possit refire, quidquid sit de iure positivo; tum quia etiam si nudum propositum, seu decretum electionis Deus videat, non tamen proponendo censemur Deo loqui; aut ei indicare nostrum propositum: sed promittendo. Quare si propositum illud licet efficax, & cum animo se obligandi elicitem sit absque promissione noua supradicta voto priori, poterit adhuc absque peccato & violatione voti arbitrio vobis mutare, & vocens elegere alteram patrem non referuatum. Nec enim etiam respectu Dei solum propositum efficax praestat aliquid in eius obsequium, tamen cum intentione animo que se obligandi, si sit nudum & absque promissione, ita obligat, vt non possit is, qui proponit, circa culpam mortalem emittere propositi executionem. Neque etiam verum est nudum illud propositum, quo is, qui firmiter statuit exequi patrem referuatum voti alternativi, esse nouam voti referuati emissionem, licet tali proposito possit noua promissio addi. In dubio autem an proposito efficaci fuerit ad dicta noua promissio, seu voti materiae referuata emulso, censeo præsumendum fuisse nudum propositum. Hæc omnia Bossius loco citato; factis quidem probabiliter, & ante illum hanc sententiam docuerat etiam Malderus, querâ ego ipse citavi in dicta ref. 65. *vbi supra.*

3. Notandum est tamen huc obiter contra Arz. Arianum, glossam, & Archidiacomum, id, quod alii sicut putto à me etiam notatum fuisse, postquam votum Religionis, aut Castitatis perpetua fuit à Summo P. Pontifice